



Boletín Oficial

DEL
Obispado de Osma
(SEDE VACANTE)

Año LXV. 29 DE SEPTIEMBRE DE 1924. Núm. XVIII

SUMARIO: Circular sobre el mes del Rosario.—Const. Apostólicas.—Secretaría :Misas pro populo.—Semana Ascética en Valladolid.—Colectas: Misional y de la Buena Prensa.—Necrología.

Gobierno Ecc. de la Diócesis

(SEDE VACANTE)

Circular sobre el Smo. Rosario.

Al aproximarse el mes de Octubre, llamado por los fieles *mes del Smo. Rosario*, queremos, amadísimos diocesanos, a imitación de lo que con tanta insistencia venían repitiéndonos nuestros celosísimos Prelados, exhortaros con todo el encarecimiento a que, devotos siempre de la Sma. Virgen, la honréis particularmente este mes que vamos a empezar con el rezo ferviente y hondamente sentido de esa tiernísima plegaria, que bien pudiéramos decir que es cual cadena de oro purísimo

en la que resplandecen, engarzadas como perlas de finísimos cambiantes, las más delicadas y conmovedoras oraciones de la Iglesia.

Rosario la llaman los fieles en su piadoso lenguaje y la Iglesia en su Liturgia y, a la verdad, que no cabe ofrecer a la Virgen Sma. más escogido y oloroso ramillete de perfumadas rosas, que el formado por la oración que Cristo, pimpollo florido de su virginal seno, enseñara a los hombres y por la guirnalda de celestiales gracias que el Ángel desgranara a los pies de la Señora, llena de bendición y de gracias, y jardín amenísimo donde mecieron sus cálices y crecieron con divina lozanía las flores de todas las virtudes.

No hemos de recordaros que a la práctica constante de esta devoción delicadísima nos obligan a nosotros, los oxomenses, razones de sentida tradición y gratitud sincera, ya que fue merced de Dios que la inspirara a un paisano nuestro, al gran Sto. Domingo, y piedad y gracia suya que arraigara tan honda en nuestro suelo que, los de alguna edad, recordamos aún con suavísimo consuelo, cómo en el hogar cristiano de nuestros padres resonaban todos los días con cadencias de cielo los échos rumorosos de esta plegaria delicada y tierna a la Madre de los hombres y a la Reina de los Ángeles.

Pero, siendo estos motivos más que suficientes para poner en nuestros labios esa cadena de oraciones que deben subir encendidas de amor e impregnadas de filial ternura hasta el trono de la Emperatriz de los Cielos, en los días críticos que corremos, hay aún otra, por modo particular, eficaz y poderosa que debe impulsarnos a poner en nuestras plegarias a la Reina de los Cristianos todo el fervor y toda la piedad que es capaz de sentir un corazón enamorado de España y de María.

El enemigo secular de nuestra fe y de nuestra Patria; el que con planta cruel holló nuestro suelo desde

Tarifa a Covadonga y sembró de ruinas a España; los hijos del Rif se han alzado en armas contra nosotros y, una vez más, han respondido, traidores y desagradecidos, a la paz con la guerra, tratando de mancillar el honor de nuestra bandera y arrasar en llanto los ojos de las madres españolas. Olvidan sin duda que nuestros valientes soldados son dignos descendientes de aquellos que en la epopeya grandiosa de siete siglos tantas veces hicieron morder el polvo a los hijos del falso Profeta. Pero olvidan sobre todo que en Covadonga y las Navas, en Sevilla y en Lepanto, luchaba con nosotros, infundiéndo arrestos indomables y valor irresistible en el corazón de nuestras huestes la Capitana de las celestes milicias, la que desde el Pilar de Zaragoza tomó a España bajo el manto protector de su tutela, la Soberana de los Cielos, la Virgen María.

Por eso, amadísimos fieles, y porque sabéis muy bien cuanta es la eficacia de la oración para alcanzar del Señor las bendiciones del Cielo y que María es la Medianera y la dispensadora de todas las gracias, os rogamos encarecidamente y os exhortamos con toda la vehemencia de nuestros anhelos españoles y marianos a que pongáis particular empeño en honrar a la Sma. Virgen durante el mes de Octubre con el rezo del Santo Rosario, persuadidos, de que nada más agradable al Dios de los Ejércitos que ver a un pueblo que se postra humilde y fervoroso a los pies de la bendita Madre de su divino Hijo.

Así pues, con íntima satisfacción del alma veríamos, y muy de corazón lo recomendamos que se rece diariamente en todas las Parroquias el *Santo Rosario*, y para el mes de Octubre lo disponemos y mandamos, así como que se rece a continuación la *Oración a S. José*, según las intenciones de Su Santidad, y un Padrenuestro al Apóstol Santiago por el triunfo definitivo de nuestras armas en Marruecos. De igual suerte facultamos para que, *servatis servandis*, pueda exponerse en

los días festivos el Smo. *Sacramento*, y exhortamos a los Venerables Párrocos y Encargados de la Cura de almas a que procuren que en esos días, y muy especialmente en la fiesta del Rosario, reciban sus feligreses el Pan de los fuertes en la Sagrada Eucaristía.

Hagamos con nuestras súplicas, mientras nuestros hermanos pelean allende el Estrecho, que los brazos de María se mantengan implorantes en favor nuestro y levantados hacia el trono del Dios de Sabaoth, y nuestros soldados, como los valientes de Josué contra los Amalecitas, volverán victoriosos a sus lares y España entera cantará otra vez un himno de triunfo a la Reina de las Victorias, a la invicta Capitana de las tropas españolas.

Burgos de Osma, 24 de Septiembre de 1924.

DR. JUAN GÓMEZ
Vicario Capitular (S. V.)

A C T A P I I P P . X I

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

Poenitentiariis aliisque in urbe confessariis facultates extraordinariae pro anno iubilaei conceduntur.

PIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Si unquam alias decuit Romanum Pontificem boni Pastoris partes agere, at hodie in primis decet, cum, Jubilaeo Maximo indicto, fideles eos omnes, qui proximo anno in Almam hanc Urbem convenient, romanosque item cives, ad admissam eluenda, ad vitiorum emendationem et ad Christi Iesu spiritum denuo copiosiusque sumendum excitari oportet atque adiuvari. Etenim animatae melius parataeque filiorum voluntati congruit ut largior respondeat communis omnium Patris misericordia, atque ut idem, Samaritani hominis more, vulneri-

bus, quae animis peccatum misere inflixerit, Apostolicae potestatis caritatisque remedia studiosissime adhibeat. Ne quis igitur ad removendas a conscientia sua labes seque in gratiam amicitiamque Dei reconciliandum ullam a Nobis providentiam desideret, Confessariorum in Urbe per Annum Sanctum, quemadmodum Decessores Nostros simili in causa fecisse constat, amplificandam dilatandamque muneric potestatem censemus. Ut autem caveamus ne qua de limitibus usuque facultatum dubitatio incidat, has perspicuitate describi ordinariique quam maxima per praesentes Litteras volumus. Itaque motu proprio certaque scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, ea quae sequuntur de confessariis in Urbe et suburbio, anno Iubilaei vertente, deputandis deque extraordinaria potestate iisdem attribuenda praescribimus ac decernimus.

Dilecto filio Nostro Cardinali Poenitentiario Maiori committimus ac demandamus ut, praeter eos, qui nunc sunt, trium Basilicarum Lateranensis, Vaticanae et Liberiana poenitentiarios minores ordinarios atque extraordinarios, pro Basilica etiam S. Pauli, Via Ostiensi, ad totum Annum Sanctum similes poenitentiarios designet, praeterea que aliquos, tam in memoratis quattuor Basilicis, quam in reliquis quoque sive saecularium sive regularium ac praesertim in variarum nationum per Urbem ecclesiis, novos similiter poenitentiarios deputet et abunde multiplicet.

Quibus poenitentiariis minoribus, sive ordinariis sive extraordinariis, sive iam existentibus sive a dilecto filio Nostro Cardinali Poenitentiario Maiore diligendis, concedimus, ut per Annum Sanctum possint, pro foce conscientiae in actu sacramentalis confessionis et per se ipsi tantum, absolvere quoslibet poenitentes non solum a quibusvis censuris et peccatis Romano Pontifici aut Ordinario a iure reservatis, sed etiam a censura ab homine seu a quovis iudice lata, cuius tamen absolutio in foro externo non suffragabitur.

At hisce amplissimis facultatibus non utantur nisi normis exceptionibusque servatis, quae sequuntur:

I. Ne absolvant, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, illos, qui irretiti sint aliqua censura Romano Pontifici specialissimo modo reservata, aut secretum S. Officii, alterumve secretum simile in quavis alia S. Congregatione, Tribunali vel Officio Curiae Romanae impositum, violaverint, aut in censuram aliquam inciderint, quam Pius X, Constitutione *Vacante Sede Apostolica*, ipso facto incurriendam decrevit. Possint tamen absolvere confessarium, reum **absolutionis proprii complicis** in peccato turpi semel aut bis tantummodo attentatae contra vetitum canonum 884 et 2367, impositis tum remotione occasionis relapsus, tum obligatione non audiendi neque absolvendi, in posterum, proprium complicem nisi secus periculum imminentia infamiae aut scandali, tum denique onere eum ipsum monendi, si redierit, attentatas absolutiones invalidas fuisse.

II. Similiter ne absolvant, nisi ad praescriptum can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdicione in foro externo praeditos, superioresque maiores Religionis exemptae, qui in excommunicationem speciali modo Romano Pontifici reservatam publice inciderint.

III. Haereticos vel schismaticos, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvant, nisi ii, abiuratis saltem coram ipso confessario haeresi vel schismate, scandalum, ut par est, reparaverint. Ad natos in haeresi quod affinet, si dubitetur de facto vel validitate baptismi in secta collati, eiusmodi acatholici, ante absolutionem, ad E.um Cardinalem Vicarium remittantur.

IV. Pariter ne absolvant eos, qui sectis vetitis, masonicis aliisve id genus nomen dederint, etiamsi occulti sint; nisi scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adscriptos noverint, ad can. 2336 § 2, denuntiaverint; libros,

manu scripta et signa, quae eamdem sectam respiciant, quotiescumque adhuc refinent, absolventi tradiderint, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda, aut saltem, si iustae gravesque causae id postulent, destruenda; impositis, praeterea, pro modo culparum, gravi poenitentia salutari et frequenti sacramentali confessione.

V. Qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvantur nisi aut iis restitutis, aut compositione quam primum ab Ordinario vel ab Apostolica Sede postulata, aut saltem promissione sincere facta eamdem compositionem postulandi.

VI. Si autem censurae, quibus poenitentes adstringuntur, publicae in locis, ubi ii commorati sunt, vel nominatim declaratae sint, aut delictum ad iudicem fori externi iam sit deductum, rei a poenitentiariis eiusmodi minoribus absolvi poterunt in foro conscientiae et sacramentali tantum, dummodo sint sincere parati quodvis mandatum demisse accipere fideliterque implere, itemque reparare scandalum; admoneantur tamen de libello S. Poenitentiariae Apostolicae omnino submittendo.

Scilicet confessarii post absolutionem conficiant libellum suplicem, expressis nomine, cognomine ac dioecesi poenitentis et casu eiusmodi censurae publicae subiecto, et subfus scribant testimonium ab solutionis ab eadem censura concessae eundemque poenitentem dirigant ad Officium S. Poenitentiariae Apostolicae, ut recipere possit Rescriptum in forma *missi*, vel *remissi* absoluti, secundum praxim eiusdem Officii.

VII. Possint iidem poenitentiarii omnia et singula vota *privata*, etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, dispensando commutare in alia pia opera, ex iusta ac probabili causa. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, es ab origine publice emissum sit in professione religiosa tam simplici quam sollemni, subinde tamen, aliis huius professionis votis dispensatis, firmum atque integrum manserit, similiter possint, gravi et probabili de causa, in alia pia opera commutando dispen-

sare. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensent, qui vi Ordinis Sacri ad legem caelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalen redacti sint. A commutandis vero votis cum praeiudicio tertii, se abstineant, nisi is, cuius interest, libenter ex preseque consenserit. Votum denique non peccandi, aliave poenalia vota ne commutent, nisi in opus, quod, non minus quam votum ipsum, a peccato refrenet atque arceat.

VIII. Dispensare possint, in foro conscientiae et sacramentali tantum, a quavis irregularitate ex delicto prorsus occulto; item ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985, 4°; sed ad hoc unice, ut poenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat.

IX. Dispensare item possint, pro foro conscientiae et sacramentali tantum, ab occultissime dissimulato impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu collaterali, etiam attingente primum, quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium sanandum, non ad contrahendum.

X. Sive autem de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo, dispensare possint ab occulto criminis impedimento, neutro tamen machinante; iniuncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum can. 1135; imposita, in utroque, salutari, gravi diurnaque poenitentia.

XI. Ad visitationem quod affinet quattuor Patriarchalium Basilicarum, poenitentiarii, cum singulis exteris, qui vel ob pauperiatem vel ob aliam gravem causam in Urbe consistere tamdiu nequeant, dispensare possint vel contrahendo et reducendo ad tres saltem dies visitationes, alioquin decies repetendas, vel has, pro suo prudenti arbitrio, in alia pia opera commutando. Cum singulis autem civibus incolisque Urbis et suburbii, qui, morbo aliove legitimo impedimento detentii, memoratas Basilicas invisere nequeant, viginti praescriptas visitationes in alia pia opera, quae ab ipsis impleri possint,

dispensando commutent. Poenitentiarii tamen sciant, se conscientiam suam oneraturos, si inconsulto et sine iusta causa tam exteros quam romanos cives incolasve ex eiusmodi visitationibus exemerint. Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne inducgeant, ut preces ad mentem nostram fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant; in aegrotantium tantum commodum liceat eas immittuere aut commutare.

XII. Ab obligatione praescriptae confessionis, quam ad adimplendam nec invalidam nec annuam ex praecepto confessio sufficit, nullum ne exsolvant, etiamsi hunc materiam necessariam non esse allaturum aut praevideant aut sciant.

XIII. Ad S. Communionem quod attinet, nefas esto eiusmodi praescriptum in alia pia opera commutare, nisi de aegrotis agatur qui ab ea suscipienda prorsus impediantur. Volumus autem, Iubilaei causa, eam sufficere, quae per modum viatici ministratur: minime vero eam, quae in Paschate peragenda praecipitur. Qui tamen Paschale praceptum misere neglexerit, possit is deinde una Communione utrique obligationi satisfacere.

XIV. Hisce omnibus, quas memoravimus, facultatis volumus uti non modo poenitentiarios, de quibus in harum Litterarum exordio diximus, sed etiam singulos S. Poenitentiariae Praelatos, atque Officiales ex utraque sectione, modo sint in Urbe ad audiendas fidelium confessiones habitualiter ad probati; singulos Urbis suburbiique parochos; rectores et confessarios, a Vicariatu adprobatos, ecclesiarum nationalium, praetereaque nonnullos confessarios pro praecipiis celebrioribusque Urbis templis designandos, quorum omnium sedi confessionali tabella affigatur, in qua verba inscripta sint POENITENTIARIUS SANCTI IUBILAEI. Praeterea ut religiosorum virorum utilitati uberiori consulamus, easdem facultates tribuimus, pro Ordinibus Congregationibusque exemptis, aliquibus ex iis confessariis, quos Superiores pro subditis tantum adprobave-

rint ad formam can. 518 et secundum extensionem in can. 514 § 1 descriptam; Superioris quidem erit, in unaquaque domo unum alterumve in individuo deputare: qui tamen ex hac sola deputatione non poterunt facultatibus, de quibus supra, uti erga fideles domui ac Religioni extra-neos.

XV. Poenitentiarii ac confessarii, ut supra deputati, sciant, posse se descriptis facultatibus uti cum omnibus fidelibus Ecclesiae tam Occidentalis quam Orientalis, qui ad confitendum apud ipsos accedant ea mente et voluntate, sincera quidem et firma, ut Iubilaei veniam lu-crentur; at non posse uti denuo cum iis poenitentibus, qui indulgentiam-quam acquiri pluries licet in defunctorum suffragium, iteratis operibus praescriptis-iam semel lu-crati sint.

XVI. Uti iisdem facultatibus poterunt etiam extra ec-clesiam cui addicti sunt, si quando contingat eos alibi confessiones excipere, servatis can. 908-910 et de con-sensu rectorum eclesiarum. Caveant tamen-in quo gra-viter eorum conscientiam oneramus-ne ecclesiam pro-priam neglegant, ut aliis inserviant.

Cum autem, ad maiora animarum lucra anno isto sa-lutaris expiationis comparanda, intersit operarios multi-plicari, omnibus quoque confessariis adprobatis ad annum. ab Emo. Cardinali Vicario Nostro in spiritualibus generali, itemque reliquis omnibus confessariis regularibus exemptis, quos Superior tantummodo suus pro soda-libus Religionis omnibusque extraneis in religiosa domo diem noctemque commorantibus adprobaverit-intra fines tamen temporis, loci ac personarum in concesione ad-probationis designatos-has, quae sequuntur, tribuimus extraordinarias facultates:

1.º Absolvere possint, per se ipsi tantum et in for-dumtaxat conscientiae et sacramentali, eos, qui apud ipsos confiteantur, a quibusvis ecclesiasticis censuris, etiam speciali modo a iure Romano Pontifi-ci reservatis, aut Ordinario reservatis, dum modo

publicae non sint, itemque ab omnibus peccatis excessibusque quantumlibet gravibus, etiam Apostolicas Sedi reservatis, iniunctis tamen salutaribus poenitentiie aliisque de jure iniungendis, servatisque potissimum in hac absolutione impertienda normis atque exceptionibus, quae supra, sub nn. I-V, pro poenitentiariis minoribus praescriptae sunt.

2.º Omnia et singula vota privata, etiam iurata, dispensare possint, commutando in alia pia opera, ex iusta et probabili saltem causa, exceptis iis privatis votis quae can. 1309 Apostolicae Sedi reservantur, itemque exceptis votis publice emissis in susceptione Ordinis sacri aut in professione religiosa tam sollemni quam simplici, et iis, quorum aut dispensatio vergeret in detrimentum tertii aut commutatio minus arceret a peccato quam ipsum votum.

3.º Dispensare possint circa visitationes quattuor Basilicarum easque commutare eodem modo ac poenitentiariis conceditur sub n. XI.

4.º Si quas autem facultates ab Apostolica Sede per S. Poenitentiariam aut alio legitimo modo impetraverint aut per Annum Sanctum impetrabunt, eae firmae atque immutatae sunt.

5.º De usu facultatum, quas supra sub nn. 1-3 concessimus, ea valeant ac serventur, quae pro poenitentiariis minoribus n. XV. constituimus.

Nihil reliquum est, nisi ut poenitentiarios et confessarios, quibus extraordinarias facultates istas de Apostolica benignitate largiti sumus vehementer moneamus, patienti animo caritatisque pleno eos omnes excipiant, qui Domino reconciliari cupient et caelestibus frui thesauris, quos Sancta Mater Ecclesia per totum Iubilaei annum cuivis reserat.

Praesentes autem Litteras volumus firmas exsistere et fore, earumque exemplis atque excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscripsiis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis eamdem adhiberi fi-

dem, quae hisce Litteris adhiberetur, si exhibitae forent vel ostensae. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostrae concessio-
nis, declarationis et voluntatis infringere vel ei, ausu teme-
rario, contra ire. Si quis autem hoc attentare praesump-
serit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum
Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XV mensis
iulii, anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

O. CARD. CAGIANO,
S. R. E. Cancellarius.

O. CARD. GIORGI,
Poenitentiarius Maior.

Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Ioannes Zani Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco  Plumbi.
Rcg. in Canc. Ap., vol. XXX, n. 5.

INDULTO PONTIFICIO SOBRE MISAS "PRO POPULO,"

Encarecemos a los Sres. Curas párrocos y demás
obligados a aplicar la Santa Misa PRO POPULO fijen su
atención en el siguiente importante RESCRIPTO de la
Sagrada Congregación del Concilio, conseguido por el
Ilmo. Sr. Vicario Capitular de la diócesis (S. V.).

Burgo de Osma, 20 septiembre de 1924.

Dr. Manuel Requejo Pérez,
Maestrescuela-Scrib.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

Prot.—N.º.—4.18|124.

Beatissime Pater;

Ordinarius Oxomensis perdurantibus iisdem causis,
a Sanctitate Vestra humiliter postulat ut sibi prorogetur
indultum jampriden concessum per Rescriptum S. C.
Concilii diei 14 martii 1919 circa facultatem dispensandi
animatorum rectores ab applicandis missis PRO POPU-
LO diebus festis suppressis, cum sanatione a die expira-
tae concessionis.

Sacra Congregatio Concilii, attentis expositis, peti-
tam prorogationem, in terminis et forma praecedentis
rescripti, benigne impertita est ad ALIUD QUINQUEN-
NIUM, praevia sanatione a die expiratae concessionis.

Datum Romae, die 4 septembris 1924.

Loc. sig.

Cajetanus, Card. Bisleti.

J. Bruno, Subsecretaris.

LA SEMANA ASCÉTICA EN VALLADOLID

GRACIAS ESPIRITUALES

El entusiasmo, que reina por doquier, para preparar
esta futura asamblea recibirá un nuevo y poderoso estí-

mulo con el aliciente de las gracias espirituales que se ha dignado conceder Su Santidad el Papa Pío XI, quien felizmente gobierna la Iglesia, dando con ellas una prueba palmaria de la satisfaccion con que ha acogido el pensamiento de nuestro Rvdmo. Prelado de aprovechar las grandes enseñanzas de los graves místicos y ascetas españoles.

Es la primera la inestimable gracia de *Bendición Papal con indulgencia plenaria* en favor de cuantos asistan a la Semana y confesados y comulgados, oren según la intención de Su Santidad, y se hallen presentes a la solemne bendición que otorgará el Excelentísimo Sr. Arzobispo en virtud de las facultades apostólicas que le confiere el Rescripto de la Sagrada Penitenciaria de 1.^º de agosto del presente año.

Consiste la segunda en la facultad *de poder ausentarse del coro sin pérdida de distribuciones*, cuotidianas concedida a cuantos señores Dignidades, Canónigos y Beneficiados de las Iglesias Catedrales y Colegiales de España, quieran asistir a la susodicha Semana, según rescripto de la Sagrada Congregación del Concilio, fechado en 5 de agosto del corriente.

De esperar es, por consiguiente, que clero y pueblo quieran aprovecharse de tan singulares gracias, concurrendo a enseñar y aprender el clásico repertorio de ciencia y piedad que nos legaron nuestros grandes maestros.

Valladolid, 2 de septiembre de 1924.

LA JUNTA CRISTIANIZADORA.

FIESTA MISIONAL 8 DE JUNIO 1924.

Miñana, 1'50; Mazaterón, 1'50; Burgo de Osma, (cepillo de la parroquia), 8; Quintanás de Gormaz, 4; Tajuco, 1; Rejas de San Esteban, 1; Vadocondes, 4'35; Guiniel de Izán, 4'40; Valverde los Ajos y Bayubas de Arriba, 4; San Leonardo, 4'75; Navaleno, (Cura Ecónomo y feligreses), 16'85; Casanova, 2; Ntra. Sra. del Espino de Soria, 2'10; San Esteban de Gormaz, 7'50; Coadjutor S. Miguel, de id. 1'25; Andaluz, 10; Quintana Redonda, 5; Alcozar, 3'75; Langa, 3'75; Gómara, 10; Tardelcuende, 3'50; Ucero, 4'50; Iglesia de PP. del C. de María de Aranda, 8; Villalvilla de Gumiel, 6'50; Tovilla de Lago, 4'25; Caleruega, 10'65; Valdeande, 1'15; Cabrejas del Campo, 1'60; Covaleda, 1'65; Sotos del Burgo, 2'65; Valdenarros, 3; El Royo, 2; La Alameda, 3:

BUENA PRENSA 1924

S. Esteban de Gormaz, 7'50; S. Miguel de S. Esteban, 125; Convento de PP. Franciscanos de Soria, 32; Miñana, 1'50; Mazaterón, 1'50; Burgo de Osma (cepillo de la parroquia), 40'60; Andaluz, 10'25; Noviercas, 2; Religiosas Bernardas de Aranda, 5; Iglesia de Misiones de Aranda, 56; Quintana Redonda, 5; Madruédano, 5; Olmillos, 5; Pedro Hernando, vecino de Atauta, 1; Caya, id. id, 0'50 Valderrueda, 15; Torreandaluz, 1; Gómara, 14; Tardelcuende 2'60; Castejón del Campo 2, Berlangas de Roa, 1'50; Burgo de Osma, 14; La Horra, 20'30; Sotillo de la Rivera. 13'55; Guzmán, 2; Ucero 6'50

Apostolado de la Oración de Burgo de Osma, 13'00; Lodares de Osma, 2'75; Arauzo de Torre, 4'25; Huerta de Rey, 2'50; Quintanarroya, 2'00; Osma, 6,00; Riose-

co, 5'00; Villabuena, 2'69; Camparañon, 1'50; Hontangas, 2'00; Pinilla de Trasmonte, 3'00; Villalvilla de Gu-miel, 4'65; Tovilla de Lago, 1'30; Arauzo de Salce, 6'00; Caleruega, 9'50; Valdeande, 1'15; Almarza, 11'00; Aré-valo, 5'00; Cabrejas del Campo, 0'50; Vadocondes, 3'60; S. Juan de Aranda, 22'00; Sta. Maria de id. 11'00; Centenera de Andaluz, 3'85; Salduero, 9' 35; Molinos de Duero, 2'30; Covaleda, 1'75; Sotos de Burgo, 2'15; Coruña del Conde, 3'00; La Seca, 5'00; Ventosa Fuentepinilla, 1'30; Valdenarros, 2'00; Barcebalejo, 1'00; Rejas de San Esteban, 2'50; Alcubiila del Marqués, 1'00; Derroñadas, 20'00; El Royo, 7'00; Gumiell de Izán, 5'00; Velilla de La Sierra, 5'00; Almajano; 3'50; Vildé, 2'00; Mambrilla de Castrejón, 7'00; San Martin de Rubiales. 2'00; Hinojar del Rey, 2'50; Villalba de Duero, 9'00; San Juan de Rabanera, de Soria; 44'00; La Ma-yor de Soria, 6'00; Sr. Director de la Cárcel id., 2'00; M. I. Sr. Abad de Soria, 10'00; Alcubilla de Avellaneda, 3'00; Fuentealarmegil y Santervas, 3'00; Suellacabras, 5'00; Fuentenebro, 5'00, y Peñaranda, 7'00.

NECROLOGIA

A las dos de la tarde del día 23 de los corrientes fa-llecio santamente en el Señor, confortado con los Santos Sacramentos y Auxilios Espirituales el Presbítero D. Gaspar López Herrero, en su parroquia de Vildé.

Pertenecía a la Hermandad Diocesana de Sufragios del Clero. R. I. P. A.